

*1747 1829
4*

B

DISSERTATIO JURIDICA
QUAESTIONEM TRACTANS

A N

E X S T A N T I B U S
JAM LIBERIS LEGITIMIS,
ADOPTIO VALIDE FIERI
POSSIT?

QUAM
PRAESIDE
VIRO PRAENOBILISSIMO, CLARISSIMO,
ATQUE DOCTISSIMO
CAR. JACOBO SCHEUFFELHUTH,
UTRIUSQUE JURIS DOCTORE,
DIE XI. MAJI MDCCCLXXXVII.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR
CAR. GUIL. LUDOV. STERLING,
BEROLINAS.

HALAE,

TYPIS TRAMPIANIS.

DISSESTATIO TUDICIO
QUESTIIONI TRACTAT

EXSTANTIRUS
TAM LITTERIS ET CULTIVIS
ADOPATIO VAFIDIS PIERI

11.12.204

PARSIS
ALIO PROGENITIZIUM CAVARIS
TATIS HOC TOTUS
CAR. JACO. SCHENKELHUTH

ALTE ALTI TUDIS SOCIALE
DIE XIX MARCHI MDCCCLXXVII
1801. DE HISTORIA
HABUATOR
CAR. GUL. IUDOA STEPHENS

EDUCATIONIS
PAPALIS
TATIS

ILLUSTRISSIMO DOG
ATQUE
EXCELENTISSIMO DOMINO
DOMINO
JOANNI CHRISTIANO
L. B. A WÖLLNER,
DYNASTAE IN GROSS ET KLEIN RIEZ,
BORCHHOLZ, RASMANNSDORFF
ET DRABENDORFF,
POTENTISSIMO BORUSSORUM REGI
IN CONCILIO SENATUS ET JUSTITIAE
SANCTIORI ADMINISTRO,
SUPREMI CONSISTORII, RERUMQUE ECCLE-
SIASTICARUM SUMMO DIRECTORI,
REGIARUM ACADEMIARUM CURATORI
SPLENDISSIMO

CAROLI GASTRIUS STEPHING
RELIQUAS

DOMINO ATQUE MAECENATI

RUSTA
SUO
EXCELSITISSIMO DOMINO

INDULGENTISSIMO

JOANNI CHRISTIANO
HAS

L. F. A. WÖLFINGER

ACADEMICI STUDII PRIMITIAS

DYNASTIA IN GRODZIECKIENSIS
BORGESCHIENSIS SAMMELNATIONE

TE PRESENTANTES

TOBIAS MURAKOWSKI OMNIBUS LIBRIS
IN CONCILIO SENTENTIA ET TUTITATE
SACRACTIONI ADOCVTATRIS.

D. D. D.

SUPERMI CONSISTENTIA ET LITERUM SCOTIE.

ALLEGORIA SUMMO DILEXICOTORUM.

PROTANUS MURAKOWSKI MURAKOWSKI

AUCTOR

OMNIBUS LIBRIS

CAROL. GUILL.UD. STERLING.

Adoptio jure romano jus fuit. Qui-
ritium, nemo ita in republica romana
ea uti possit, nisi civis romanus. Est au-
tem adoptio sensu generaliori, actus le-
gitimus s. legis actis ¹⁾, quo, qui natu-
ra filius non est, sit filius, seu quo in
filios aut nepotes assumimus, qui non
sunt. Frequens Romanis erat adoptio,
ita ut ea enim tum sterilitati, tum mor-
talitati familiarum occurreretur, et subsi-
diarum aliquod solatium iis praebiceretur,
qui naturalibus carebant liberis. Origi-
nem tamen duxit a sera antiquitate, nec
tantum Romanis, verum etiam Ebraeis,
Assyriis et Aegyptiis ²⁾ in usu fuit. Sic
Graecis etiam ~~νιότεσσα~~ non fuit igno-
rata ³⁾.
omoni

1) L. 4.

1) L. 4. D. de adopt. et emancip. Magistratum apud quem *Legis actio* est, et emancipare filios suos, et in adoptionem dare apud se posse, Neratii sententia est. — L. 3. D. de officio Procons. — L. 1. D. de offic. jurid. Adoptare quis apud juridicum potest, quia data ei est *legis actio*.

2) JOSEPHUS Lib. i. Antiquit. cap. 15. DIO-
DORUS SICULUS Lib. 4. Bibliothecae.

3) PLURARCH in Theeo.
 Primis reipublicae temporibus, quae-
 libet adoptio, vel comitiis curiatis, arbi-
 tris Pontificibus, formulaque solemni 1)
 ad populi judicium deducebatur, vel per
 mancationum solemnia, i. e. per ces-
 sionem et vindicationem verbis: *hunc
 ego hominem ex jure Quiritium meum esse
 ago* 2) fiebat. Deinde duplicitis coepit esse
 generis adoptio, arrogatio et adoptio
 in specie sic dicta 3), quae etiam diverso
 modo ac ritu celebrabantur. Cum enim
 homo

homo sui juris, pubes aut impubes, expresse consentiens, aut accedente tutorum vel curatorum auctoritate & consensu⁴⁾ in alienam transiret potestatem, nuncupatur adrogatio⁵⁾ adoptio autem in specie, si filius familias non contradicens, adeoque etiam infans, adoptatur⁶⁾.

1) GELLIUS Lib. 5. Cap. 19. haec formulae formularum nobis reliquit, populus enim romanus hisce verbis rogabatur. Velitis iuribus beatiss, Quirites, uti LUCIUS VALERIUS LUCIO TITIO tam jure, legeque filius sibi siet, quam si ex eo patre matreque familias ejus natus esset, utique ei vitae necisque in eum potestas siet, ut pariendo filius est. Haec ita ut dixi, ita vos Quirites rogo.

2) BAR. BRISSONIUS de formul. Lib. 5. GRAVINA orig. jur. civ. §. LXXXI, de mancip. p. 447.

3) L. 1. D. de adopt. et emancip.

4) L. 8. D. 1. c. L. 5. C. de auctor. praefit. — Sique arrogetur impubes, arrogator caverat debet

debet idoneis fidejussoribus, quod si is intra pubertatem deceperit, se restituturum omnia bona eis, ad quos ea, si arrogatio facta non fuisset, perveneriat. L. 17. §. ult. L. 18. L. 22. D. de adopt. Praeterea si impuberem fina justa causa emancipaverit, aut exheredaverit, velle se, praeter bona, quae adrogatus impubes ad eum transtulit, ei ex propriis facultatibus quartam partem relinquere. §. 3. J. de adopt. L. 15. §. 8. D. de inoffic. test. L. 2. C. de adopt.

5) Nomen tulit adrogatio a solemni rogatione, is, qui adoptat, rogatur, i. e. interrogatur, an velit eum, quem adoptatus sit, justum filium sibi esse, et is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur. L. 2. pr. D. de adopt. et emancip.

6) §. 1. J. de adopt. L. 5. D. 1. c.

III.

Tamdiu populus romanus libertate fruebatur, adrogatio in curiatis comitiis rata habebatur, tractabatur enim tamquam publica populi causa, utpote cum

9

cum liberum civis romani caput; et exordium futurae familiae, in alienam potestatem, alienamque familiam traducetur ¹⁾). Sequenti adhuc tempore haec solemnitas populo relinquebatur, licet summa rerum pervenisset ad principes, facile enim ea concedebant populo, quae vanum aliquod nomen libertatis, ejusque continebant simularium. Tandem vero comitiis ad patres et principes translatis, etiam hoc jus populo ademptum ²⁾ et adrogatio, principis auctoritare, qui cum sibi Pontificis Maximi jus et nomen adjunxisset, ejusdem quoque Pontificis munus in hac solemnitate praestabat, praevia causa cognitione celebrari coepit ³⁾.

¹⁾ GRAVINA l. c. §. LXXXV, de adrogat.

²⁾ In L. c. C. de adopt. Impp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS rescribunt: adrogatio ex indulgentia principali facta, perinde valet apud Praetorem vel Praefidem
inti-

intimata, ac si per populum jure antiquo facta esset. — Jam igitur horum imperatorum aeo in defuetudinem abierat mos, curriatis comitis per populum celebrare adoptionis ritum.

3) L. 2. pr. D. de adopt. Generalis erim adoptio duobus modis sit, aut *principis auctoritate*, aut *magistratus imperio*.

IV.

Adoptio in specie sic dicta, coram magistratu, penes quem Legis actio, declaratur ¹⁾ et per eam olim adoptatus, patris naturalis potestate subductus, in adoptantis familiam ac potestate plene transfibat, sed jure justinianeo non aliter, quam si ab aliquo ascendentium adoptatus fuit; concurrente tunc in unum et naturali et civili adoptionis jure ²⁾. Primus enim Justinianus §.2. J. de adopt. ³⁾ sanxit, filium ab extraneo adoptatum, in naturalis patris potestate remanere, et tantum si mortis tempore ad-

huc

11

huc in familia esset, ab intestatio patris
adoptivi successionem consequi ⁴⁾, et
ita inter adoptionem plenam, sive per-
fectam, cum filius familias in adoptan-
tis potestatem, familiam et sacra transi-
bat, et minus plenam sive imperfectam,
disinxit. Quae cum ita sint, facile est
ad intelligendum, filium familias, ab ex-
traneo adoptatum, ejus dignitatis atque
honoris non fieri partipem, nec in
potestate ac familia esse. sed tantum af-
fectione paterna, ut filius haberri, ac in
domo ejus educari et aleri, patris au-
tem naturalis nomine sacrisque uti, ei-
que tam testato quam intestato succede-
re ²⁾. Contra autem, adrogato et ple-
ne adoptato, quorum ille eriam cum
liberis suis in adrogantis familiam
transiit ⁶⁾ omnia adgnationis jura ⁷⁾ non
tamen sanguinis aut cognationis natura-
lis ⁸⁾, et omnis patris adoptivi dignitas,

con-

conferuntur ⁹⁾, quod tamen hodie ad nobilitatem modernam, quae vi concessionis imperatoria, per legitima matrimonia ad posteros propagatur, trahendum non est, indeque talis nec insignia nec nomen gentilitium nobilis adoptantis, consequitur ¹⁰⁾.

*) Jure novo Boruss. P. II. Tit. 2. §. 266 sqq. mandatum est, adoptionem non nisi pacto literali, et quidem confirmato a supremo provinciae judicio, in quo adoptana domicilium habet, fieri posse, et secundum §. 661. l. c. patri adoptivo, ablatio omniplenae et minus plenae adoptionis discrimine, omnia iuro, que patri naturali competunt, tributa sunt, verbis: Durch die Adoption entstehen zwischen dem angenommenen Vater und Kinde, in der Regel die Rechte und Pflichten, wie zwischen leiblichen und den aus einer Ehe zur rechten Hand erzeugten Kindern, limitato tamen patris adoptivi jure quad successiōnem, per §. 694. verbis: Hingegen erlangt der annahmende Vater, über das Vermögen des angenommenen Kindes die Rechte des natürlichen Vaters, weder unter Lebendigen, noch auf den Todesfall.

1) L. 11. 1. de adopt. Veteres circuitus in adoptionibus corrigentes sive tollentes, censemus licere parenti, qui liberos in potestate sua constitutos, in adoptionem dare desiderat, fine vetere observatione emancipatio-

pationum et manumissionum hoc ipsum
actis intervenientibus apud competentem
judicem manifestare, praefente eo, qui ado-
ptatur, et non contradicente, nec non eo,
qui eum adoptat.

2) L. 10. pr. C. de adopt. Si vero pater na-
turalis avo materno filii fui, vel si ipse
fuerit emancipatus, avo paterno, vel proa-
vo simili modo paterno, vel materno, filium
fuum dederit in adoptionem, in hoc casu,
quia in unam personam concurrunt, et natu-
ralia et adoptionis jura, maneat stabile
jus patris adoptivi, et naturali vinculo co-
pulatum, et legitimo adoptionis modo con-
strictum.

3) Sed hodie, inquit, ex nostra constitutio-
ne, cum filius familias a patre naturali ex-
traneae personae in adoptionem detur, jura
patris naturalis minime dissolvuntur, nec
quicquam ad patrem adoptivum transt, nec
in potestate ejus est, licet ab intestato jura
successionis ei a nobis tributa sint.

4) L. 10. §. 1. C. de adopt. Licentiam damus
tali adoptivo patri, i. e. extraneo, si voluerit,
nihil ei testamento suo relinquere, sed
quicquid ei reliquerit, hoc liberalitatis sit,
et non legitimo vinculo adstrictum. — Sed

fi quidem, (filius ab extraneo adoptatus) remaneat in tali adoptione; nulla interveniente emancipatione, in hoc tantummodo prodebet volumus adoptionem, ut non successione ab intestato patris adoptivi extranei defrandetur, sed habeat accessionem fortunae. — Et ideo fancimus, et si habeat hujusmodi filius jura integra naturae, attamen si intestatus pater extraneus adoptivus decelerit, habere eum etiam sui heredis jus ad ejus successionem.

5) L. 10. pr. C. de adopt. Sancimus, per adoptionem quidem ad extraneam personam factam, jura naturalis patris minime dissolvit, sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatus.

6) §. 11. J. L. c. §. 2. D. L. 15. pr. D. l. c. — L. 40. pr. D. l. c. adrogato patre familias, liberi qui in ejus erant potestate, nepotes apud adrogatorem efficiuntur, quod non similiter in adoptione contingit, nam nepotes ex eo in avi naturalis retinentur potestate.

7) L. 10. §. 5. C. de adopt. §. 2. J. de legit. adgnat. success. — An autem plene adoptati a naturalis patris successione excludantur? Sunt qui dicunt, quod per constitutum in

15

in L. penult. C. de adopt. eo casu, quo alius ascendentium adoptat, ius vetus non fit correctum s. fit intactum relictum, jure autem veteri ejusmodi liberi non fuerint admissi, nisi a Pratore ex parte edicti unde cognati, §. 13. J. de hered. quae ab intest. defer., et L. penult. pr. verbis *si vero pater,* de adopt., ad succedendum vocati essent. Sed juris veteris haec fuit ratio, quod adoptatus non fuerit in familia patris naturalis, et praetor quoque potestatem sibi sumere non voluit, ut eum, locum sui hereris admitteret, qui est in aliena familia. Cum vero jure Norell. et quidem per Nov. 118. C. I. sicuti probant verba: *siue suae potestatis, siue sub potestate sit,* an quis fit in familia patris vel non, plane non attenditur, quoad successionem ipsam deferendam, ideo nec excludantur amplius a successione in patris naturalis hereditatem, tales adoptati. Struvii evolutiones controversi, pag. 498.

8) Hac etiam ex causa adrogatus et adoptatus a successione in feudum excluduntur, quia haec successio a jure sanguinis investituraeque dependeat. II. F. 25. *Adoptivus filius in feudum non succedit.* Jure nova Borussiaco P. I. Tit. 18. §. 365 sqq. non ali-

ter

ter ad successionem admittitur, nisi domini directi, agnotorum, ac simultanei investitorum speciali consensu ad succedendum habilis redditur.

9) L. 5. 6. et 10. D. de senatu. L. 13. D. de adopt. L. 1. §. 4. D. unde cognati.

10) STRYK in usu moderno Lib. 1. T. 7. §. 8. Jus novum Boruff. I.c. §. 683 sqq. quo feri-
ptum est. Ist jedoch der Annahmende von
Adel, und der Angenommene von bürger-
licher Herkunft, so kann Letzterer die
Vorrechte und Unterscheidungen des Adels,
nur mittelst Landesherrlicher Begnadi-
gung erhalten.

V.

Plurima sunt, quae ab Ictis requi-
runtur, ut adrogatio ac adoptio valida
fiat, et quidem horum ex sententia utri-
que tam' adoptioni quam adrogationi
communia sunt, a) quod, cum natu-
ram imitentur, adoptans vel arrogans
plena pubertate, i. e. decem et octo an-
nis adoptatum antecederet ¹⁾ b) deinde
eadem ex causa, quod castratus adoptare

ne-

nequeat²⁾ spadoni vero liceat, quia
huic non omnis generandi spes abest³⁾.
Leo quidem imperator in Nov. sua 26.
et Eunuchis adoptare permisit, quo au-
tem, his Nov. in Germania foris nun-
quam receptis⁴⁾, juri justinianeo non
abrogatur, c) quod foemina adoptare
prohibeatur⁵⁾ quia liberos in potestate
habere non potest. Ex indulgentia ra-
men principum, et in solatium libero-
rum amissorum, ei adoptio permittitur,
non quidem ut adoptivum filium in po-
testate habeat, sed ut herede et solatio
orbitatis gaudeat⁶⁾.

1) L. 40. §. 1. D. de adopt. §. 4. J. de adopt. —
Jure novo Boruss. l. c. §. 667. generaliter
fancitum est: adoptatum natu minorem
esse debere, quam adoptantem, sine autem
differentiam annorum rectius distinguendi.

2) L. 16. D. l. c. §. 9. J. l. c.

3) L. 2. §. 1. L. 40. §. 2. D. l. c. Sed an om-
nibus spadonibus jus adoptandi tribendum
fit? vide HÖPFFNER in Comment. ad J.

§. 146. de variis significationibus vocabuli
spado.

4) SEGER Diff. de Nov. Leonis. *Casp. Achat.*
BECK Tract. de Novell. Leonis denuo a
ZEBERNICK editus.

5) §. 10. J. h. t.

6) LAUTERBACH Colleg. theor. pract. Lib. I.
T. 7. §. 5. — Jure quidem novo Boruss. l. c.
§. 674 sqq. foeminis etiam adoptio pure per-
mittitur, si autem matrimonio junctae essent
et consensu maritus requiritur, maritus
contra, si uxore non consentiente aliquem
adoptat, tunc uxori omnia sua jura in
futuram ejus successionem ita illaesa re-
manent, tamquam nulla adoptio facta
esset.

VI.

Sunt qui ad rite peragendam ado-
ptionem adhuc postulent, ut patri ado-
ptivo, quia adoptio in solitum iis dun-
taxat concederetur, qui naturalibus care-
rent liberis, nulli prorsum liberi essent,
his solum exceptis, si forte filius sit fu-
riosus,

riosus, aut corpore vitiosus, aut ad generandum incapax¹⁾. Hanc ad sustinendam sententiam allegant L. 17. §. 3. D^r de adopt. et L. 3. C. eodem²⁾ in quibus caurum sit, ne pater, liberis exstantibus legitimis aliquem adoptaret, ideoque horum spem, i. e. futuram in bona patris naturalis successionem, diminuerent. Attra men legimus in L. 17. pr. D. de ritu nupt. ³⁾ quod filio adoptivo non liceat ducere in matrimonium filium patris adoptivi, et Ictus P A U L U S ait in L. 23. in fine D. de adopt.: „filiae meae is, quem adoptavi, frater sit, quoniam in familia mea est filia, nuptiis tamen eorum etiam prohibitis,“ indeque recte argumentamur, etiam exstantibus jam liberis adoptionem valide apud Romanos factam esse; nec non in legibus civitatis haec pertractari; si forte filius sit furiosus aut morbo laboraret, cum de ineun-

B 2

do

do ac prohibendo matrimonio versatur, corpore vitiosus aut furiosus autem nunquam nuptiis aliquam sibi adjuncturus esset. Quo modo itaque leges allegatae, quae quidem ut primum menti nostrae se presentant, sibi invicem contradicere videntur, comparandae sunt?

1) *Arnoldus VINYNIUS* in comment. ad §. 3. J. de adopt. LAUTERBACH l. c. T. 7. §. V. voer in comment. ad Dig. in Tit. de adopt. et emancip. §. 3. generaliter dicit, „requiritur, ut adoptans aliis carceret liberis legitimo matrimonis progenitis, nisi aliquid suaderent graves causae, quas autem non arctius distinguit.“

2) L. 17. §. 3. D. de adopt. Praeterea videndum est, an non debeat permitti ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos iustis nuptiis procreavit, diminuatur spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi, aut, qui adoptatus fuit, minus percipiat, quam dignum erit eum consequi — L. 3. C. eo l. Cum eum, quem adrogaveris, libertum tuum esse profitearis, nec ullam ido-

idoneam causam precibus addideris i. e.
quod liberos non habeas, intelligis juris au-
toritatem desiderio tuo refragari.

3) L. 17. pr. D. de ritu nupt. Per adoptio-
nem quaefta fraternitas; eosque impedit
nuptias, donec manet adoptio. Itaque eam,
quam pater meus adoptavit et emancipavit,
potere uxorem ducere: aequet si me eman-
cipato, illam iu potestatem retinuerit, po-
terimus jungi matrimonio.

*) Jure novo Boruss. l. c. §. 671. expressim 'fancitum
est, neminem exfantibus liberis legitimis adoptare
posse. Wer noch eheliche Abkömmlinge am Le-
ben hat, kann nicht an Kindesstatt annehmen.

VII.

In' L. 17. §. 3. D. adopt. Ulpianus,
patrem, liberis adhuc viventibus legitimi-
mis, ab adoptione prohibens, eo ntititur
argumento, *ne illorum, quos iustis nuptiis
procreavit, diminuatur spes.* Quae autem
est spes horum liberorum? An haec
omnia patris naturalis bona, an eam tan-
tummodo partem, quam iis ita leges tri-
buant, ne nisi ex iusta et vera causa ea

pri-

privari possint, afficiat? At magis magisque mihi verosimile est, Ulpianum de legitima solum versari, quum per totum juris, quo utimur, corpus, patri, de omnibus suis bonis libere disponendi facultas conceditur, si modo legitimam illam partem liberis salvam relinqueret ¹⁾). Qua enim ex causa sola in adoptione facultas haec restringenda sit? qua ex causa, pater, qui nisi legitima quam liberis debet excepta, summa gaudet libertate, omnia, quae possidet cuicunque erit, testamento relinquere, ab adoptione prohibendus sit? quum tamen per adoptionem, legitima liberis relicta, nullo quadam modo praejudicium iis assert, adoptio autem, si nisi quam filias habet adoptans, et splendorem et continuitatem familliae conservat. Et haec sententia etiam per leges in contraria parte allegatas ²⁾ confirmari videtur, quum in utraque

hac

hac lege strictis verbis matrimonium *inter filiam patris adoptivi ac adoptatum filium*, veratur, et leges itaque, hunc ponunt locum, si forte pater exstante adhuc filia, et quidem legitima, sicuti probant verba in L. 23. in fine D. de adopt. *quoniam in familia mea est filia*, filium adoptasse. Quoinde recte argumentamur, adoptionem liberis jam exstantibus legitimis validè fieri ²⁾), modo *a)* his legitima hereditatis paternae portio salva semper maneat, quoniam pater liberis suis legitimis, omnia bona praeter legitimam auferre potest, *b)* nullaque spes ulterioris prolis amplius adsit ⁴⁾.

²⁾ L. 8. §. 6 fqq. D. L. 8. D. eod. Parentibus arbitrium dividenda hereditatis inter liberos admendum non est, dummodo non minus is qui pietatis sibi conscientius est, partis, quae intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex judicio parentis obtineat. Nov. 118. Cap. I. Licebit enim ei (patri) reliquum octuncium forte aut sexuncium habe-

habere, et largiri sicut voluerit filiis ipsis
aut cuilibet extraneorum.

2) L. 17. pr. D. de ritu nupt. L. 23. in fine D.
de adopt.

3) Vide REINOLDI varior. ad jus civile per-
nent. lib. sing. cap. LXII. p. 310., qui asse-
rit, adoptionem primo quidem non nisi iis
permissam, qui filias haberent, postea ta-
men et masculis extantibus heredibus, rite
factam esse.

4) Hinc leges fanxere, minores 60 annis non
posse adoptare, quia magis liberorum crea-
tioni studere debeant, nisi forte morbus aut
valetudo in causa sit aut alia justa causa sub-
sit, per L. 15. §. 2. D. de adopt. — Jus novum
Boruss. l. c. §. 668 et 659. terminum a quo
adoptare permittitur, quinquagesimum an-
num constituit, nisi forte regia auctoritate
minores admittuntur, si corporis vitiis ad
generandum inhabiles sint.

Errata:

pag. 1. verf. 5. *at�io* pro *altis*.
pag. 9. verf. 7. *causae* pro *causa*.

Halle, Disc, 1795/1800

ULB Halle
001 938 460

3



Sl.

vel 18

| | inches | Centimetres |
|----|--------|-------------|
| 1 | 1 | 1 |
| 2 | 2 | 3 |
| 3 | 3 | 4 |
| 4 | 4 | 5 |
| 5 | 5 | 6 |
| 6 | 6 | 7 |
| 7 | 7 | 8 |
| 8 | 8 | 9 |
| 9 | 9 | 10 |
| 10 | 10 | 11 |
| 11 | 11 | 12 |
| 12 | 12 | 13 |
| 13 | 13 | 14 |
| 14 | 14 | 15 |
| 15 | 15 | 16 |
| 16 | 16 | 17 |
| 17 | 17 | 18 |
| 18 | 18 | 19 |
| 19 | 19 | 20 |

Farbkarthe #13



1747 1829. 4. 13

DISSERTATIO JURIDICA QUAESTIONEM TRACTANS AN EXSTANTIBUS JAM LIBERIS LEGITIMIS, ADOPTIO VALIDE FIERI POSSIT?

QUAM
PRAE SIDE
VIRO PRAENOBILISSIMO, CLARISSIMO,
ATQUE DOCTISSIMO
CAR. JACOBO SCHEUFFELHUTH,
UTRIUSQUE JURIS DOCTORE,
DIE XI. MAJI MDCCCLXXXVII.
PUBLICÉ DEFENDET
AUCTOR
CAR. GUIL. LUDOV. STERLING,
BEROLINAS.

HALAE,
TYPIS TRAMPANIIS.

B.I.G.